10

tuarum merita exigunt. Ut is sra
helitic[us] populus a iugo suae cap
tiuitatis exuatur. sed est adhuc
quod in eodem populo pers[arum] do
minium purgari debeat.
Unde ereptioni illius persarum
princeps mihi iure contradicat.
Quam uis preces suas eorum lacri
mae qui in iudea relicti sunt
adiuuent; Angelus qui loqueba
tur danihel dixit. Michahel
princeps uester uenit in adiuto
rium mihi. Cumque ita aduer
sus persarum principem proe
lietur. egreditur grecorum
sibi princeps adueniens apparet.
Quae ex re innuitur quod aduer
sum grecos aliquid iudea com
miserat. Quorum profecto
causa ereptioni illius resistebat.
Prophete preces angelus exau
dit. sed persarum princeps resistit.
Quia et si iam uita iusti deprecan
tis ereptionem populi exigit.
Eiusdem tamen populi adhuc
uita contradicit. Ut quia adhuc neq[uaquam]
plene hi qui in captiuitatem
fuerant ducti purgati sunt, iu
re eis adhuc persae dominentur.
Michahel adiuuat sed grecorum
princeps ad populum uenit.
Quia [illegible] mereri quidem ueniam
tam longa oppressorum captiui
tas poterat. sed ereptionis eorum
beneficio hoc quod in grecos deli
querant obuiabat: Recte dici
tur. quod contra se angeli ueni
unt. quia subiectorum sibi gentium
uicissim merita contradicunt.
Nam sublimes spiritus eisdem gentib;
principantes. nequaquam pro
iniustis gentib; decertant. sed
eorum iuste iudicantes examinant.
Cum uniuscuiusque gentis uel
culpa uel iustitia ad supernae curie
consilium ducitur. Eiusdem gen
tis praepositus uel optinuisse incer
tamine uel optinuisse non perhibetur.
Quorum tamen omnium una uic
toria est. sui super se opificis uolun
tas summa. quam dum semper aspi
ciunt. quod optinere non ualent.
numquam uolunt

XIIII DE INITIO MUNDI UEL CREATIONE CAELI ET TERRAE

c iij

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0039